





*Pra. 34. num. 10*  
16  
**DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
HOMICIDIO PERMISSO  
ET SPECIA TIM DE MODERAMINE  
INCVLPATAE TVTELAE.**

*1764, 1.*  
15  
IN ACADEMIA VARNO-BALTICA CONSENTIENTE  
FACVLTATE IVRIDICA ILLVSTRI

PRAESIDE  
**Dn. IOH. CHRIST. QVISTORPIO,**

I. V. D.

DIE V. DECEMBRIS ANNO MDCLXIV.

H. L. Q. C.

PLACIDÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTET

RESPONDENS

**IOHANN FRIEDERICH BERG,**  
ROSTOCIENSIS.



ROSTOCII,  
LITTERIS RÖSENIANIS.

DISSECTATIO IARIDICA

ad

# HOMICIDIO PERMISSO

ET SPECIALIA DE MODUS VENIRE

INCAPACITATE TALITRAE

ET C. 614

IN ACADEMIA VARNOVARIDICA CONSULTANTE

DISSECTATIS IARIDICAE IMPRESARI

FRVSLDE

# DU JOH CHRIST. GASTORPIO

ET C. 615


AD A. D. C. M. M. M. M. M. M. M.

HVICIDE ET MURICIDUM PROSILICTIONE VENIRET

REPOZITORE

# JOHN TRIBUNICH BARC

ET C. 616



CONTROLL  
TITULI LIBERIS LOSSENKINIE

## COROLLARIA.

- I. Non concipitur homicidium in eo, cui sunt vulnera per se lethalia inficta.
- II. Ad minimum duo testes ante responsionem rei ad articulos inquisitiones, iuramento sunt obstringendi.
- III. Omissa investigatio corporis delicti in delictis facti permanentis ad sensum facienda, quandoque nullo modo viciat processum.
- IV. Inquisitus in refusione expensarum criminalium et processus criminalis condemnatus, tamen a restitutione quarundam iure liberatur.
- V. Interrogatoria de quibus reus in actu torturae ex decreto iure consultorum extraneorum interrogandus est, interdum praetemitti aliaque a iudice substitui possunt.
- VI. Non semper a femina initium torturae erit faciendum.
- VII. Ad crimen furti qualificati haud requiritur ascensio, effractio et animus occidendi simul, sed unicum sufficit ex illis.
- VIII. Conatus proximus in delictis atrocioribus interdum mortis poena plectitur, non vero ea, quae locum habuisset, si delictum foret consummatum.
- IX. Non quilibet consilium de delicto committendo Suppeditanus, concurrit plene, sed potius minus plene.

X. Ratihabitio, quae delictum iam plene consummatum subsequitur, nullum producit concursum intuitu criminis commissi, quamvis omnino intuitu adhuc committendi.

XI. Ob solum furtum magnum, nemo secundum ipsam mentem Imperatoris Caroli V, poena laquei erit plectendus.

XII. Parentum fratrum fororumque Germanorum legitima, est quarta antiqua Iustinianea.

XIII. Quandoque etiam in Deposito usufructus competit depositario.

XIV. Restitutionis in integrum et quaerelae nullitatis quoad substantialia fere idem effectus est.

XV. Dantur Casus in quibus beneficium deliberandi preferendum est beneficio inventarii.

XVI. Quaerela inofficiosi a fratribus instituta et sententia Iudicis pro fundata declarata, totum testamentum facit nullum.

XVII. Principes Germaniae euangelici gaudent iure circa Sacra et exercitio iurium collegialium ecclesiae per pacem religiosam et Westphalicam stabilito, non autem quatenus sunt summi episcopi.

XVIII. Superintendentes Protestantum cum episcopis Catholicorum incongrue comparantur.

PRAE-

PRAESTANTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
**DOMINO RESPONDENTI**

S. D. P.

**P R A E S E S.**  
Optime Pontifex Gregorius IX, in cap. vn. X. de Clerico per sal-  
tum promoto, disponit: pedentim et gradatim accedendum esse  
ad honores ecclesiasticos ab inferioribus ad superiores, temporis qua-  
dam mora interposta, ut eiusmodi interstitio fides, scientia, morum  
dexteritas rite queant explorari, ne pro indignis habendi ad Rempubli-  
cam ecclesiasticam capessendam aggregentur. Debet enim ante esse di-  
scipulus qui Doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit: omnis  
vitae institutio ad id quo tendit, se ratione confirmat. Qui minime  
litteris operam dederit, praecepsur non potest esse litterarum. Qui  
non per singula stipendia creuir, ad meritum ordinem stipendiis perue-  
niere nequit, prout ex ordinatione patrum in Concilio Sardicensi con-  
gregatorum recte insert, Gratianus in can. IV. Dist. LIX. Non lu-  
bet hoc loco pluribus investigare, quatenus dispositio cononum  
adhuc hodie seruetur vsl et in quantum in ecclesiis pontificiorum  
per Concilium Tridentinum illis sit derogatum. Sufficiat in praes-  
entia ea, quae haec tenus dicta ad vitam litterarum Cultorum in

acad-

academiis degentim, analogice applicare. Hoc enim tempus  
pre dici potest interstitium et quasi annus probatorius. Perueni-  
ent per scalas in culmen et ad meritum stipendii ordinem, quo-  
rum scientia, fides et morum dexteritas hoc in interstitio est pro-  
bata. Prudentiae regulis igitur conuenienter agis, *Respondens No-*  
*bilissime*, cum hoc in tramite incedis et assiduam litterarum cultu-  
ram cum morum probitate egregie coniungis. Diligentiae tuae  
admodum strenuae debetur Hoc publicum testimonium. *Habui Te*  
*iam per biennium Auditorem maxime sedulum et modestum, cu-*  
*ius praesentiam et animi et corporis vix illa hora desiderauit.* Suf-  
ficien<sup>t</sup> ex ratione etiam mihi persuasum habeo, omnes tuos praec-  
ceptores, eandem instant ac fundatam opinionem de eruditione  
virtutibusque tuis souere. Gratulor inde tibi de futura Gloria, quae  
merita solet comitari, gratulor parenti tuo artifici magno de fi-  
lio optimae spei et academias nostrae, de egregio alumno, gratulor  
etiam mihi de Respondenti, qui hasce vices summa cum laude,  
dexterrime sustinebit. Vale vir ornatissime et amorem mei nunquam  
deponit Dab. e Musaco ipsis Calendis Decembr. A. R. S. MDCCCLXIV.

PRAE-

PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
**DOMINO RESPONDENTI**

S. D. P.

IACOBVS FRIDERICVS ROENNEBERG,  
OPPONENTS

I. V. D.

Non erraturum me confido, si ingenia hominum agrum quendam dixerim, cui varia eruditio semita, a teneris vnguiculis inferuntur. Quid enim sunt praceptorum tradita, lectiones librorum, Doctrina instituta et Sapientum doctrinae, nisi pulcherrimae Segetes, quae animis Iuuenum seu agris bene praeparatis in virescente veris actate inferruntur, sudore diligentiae ac industriae rigantur, hincque mox crescunt, mox virescent, mox florescent, et tandem subsequenti autumni tempore uberrimos producent fructus. Egregium hac de re exemplum praebebas, doctissime Domine Berg, postquam enim agrum ingenii tui rite praeparasti in fertilissimis almae nostrae aruis semina elegantioris doctrinae felicissimo conatu receperisti, quae tantas egerunt radices, ut fructus industriae tuae iam publice exhibere possis amoenissimos. Testatur de iisdem praefens diligentiae tuae specimen. Laus Tibi et Gloria exinde merito debetur, dum publico documento rationem Studiorum tuorum haec tenus exantatorum reddis. Appludo laudatissimis tuis conatibus et ditissimam fructum tuorum messem ex animo Tibi appreco. Vale amice suauissime et memoriam mei conseruare ne definas. Dab. d. 30. Novembr. A. MDCCLXIV.

PRAE-



OMNIS  
PRAENOBILISSIMO  
**DOMINO RESPONDENTI**

S. D. P.

HENRICVS FRIDERICVS TADDEL.

I. V. L.

**V**eniam dabis , Vir praenobilissime , quod ego , cui amicitia Tua , alias exoptatissima , uti frui non contingit , reliquis Tuis amicis me hodie annumerem , eorumque votis applaudam . Suauiissimum , familiaritas vinculum , quod Consultissimum Quistorpium , Praefidem Tuum grauitissimum , meque , arctissimo nexus coniungit , publicum a me exigit testimonium , quod haec data occasione suppressimere , nefas foret . Tua quoque diligentia , et ad optima queuis summa cupiditas , omnibus bonis tani cognita est , vt nemo adsit , qui non lubens debitas Tibi offert laudes . Gratulor itaque et ego animitus , illum , qui finito hoc certamine literario ex consultissimo Praefide ad doctissimum Respondentem , et ex hoc ad illum certissime redundabit , honorem , qui , vt de die in diem augetur , et ab yno gradu ad alterum felicissime procedat , opto . Amicitiae Tuae , Vir praenobilissime , me commendatum habeas peto , sicut de consultissimo Tuo Praefide hoc iam persuasiissimum habeo . Vale .





§. 2.

 Factum illud, quo hominis anima diuellitur a corpore,  
homicidium dicitur, vid. ENGAV in Elementis Iu-  
ris criminalis Lib. I. Tit. 27. §. 224. Committi au-  
tem potest homicidium vel a subiecto moraliter a  
gente, vel ab homine omni vnu libertatis deslituto.\*). Illud vel  
praecipiunt, vel permittunt, vel prohibent Leges. Quae conside-  
randa veniunt intuitu homicidii, quod iussu Magistratus a mini-  
stris iustitiae in reis delicti capitalis committitur, hoc loco mitti-  
mus, et potius ad ea, quae ad posteriores homicidii species per-  
tinent, attendimus. Hoc respectu homicidium manet vel per-  
missuum, vel prohibituum. Illud est vel permissuum *in specie sic*  
*dictum*, vel *casuale*, vel *necessarium*. Hoc autem committitur,  
cum quis vel semet ipsum, vel alium hominem vita priuat. Prius  
vocatur *proprietidum* seu *autochiria*, posterius autem *homicidium*  
*in specie*. Vtrumque recte subdiuidimus in *dolosum*, et *culpo-*  
*sum*. Homicidium *in specie sic dictum dolosum*. Doctores et Le-

A

ges



ges distinguunt in illud, quod deliberato animo et mera protervia commissum, et in illud, quod ex impetu et calore iracundiae patratum. Illud vocant *deliberatum*, hoc non *deliberatum*. \*\*) vid. art. 137. C. C. C. et celeb. KOCH in Institut. Iuris Criminal. Lib. 2. cap. 29. §. 455. Prius iterum esse potest vel *simplex* vel *qualificatum*. Hoc tale vel ratione personarum, vel ratione causae, vel ratione modi. Ad primam classem referimus *Parricidium*, quod committitur in personam in linea recta cognatam, seu quam in nexu sanguinis quis constitutus est. Ad hanc homicidii speciem quoque pertinet partus expositio et abortus procuratio. Ad secundam classem trahitur *latrocinium et affassinum*. Hoc committitur a conducto, illud autem a non conducto quidem, sed tamen animo lucrandi. Ad homicidium ratione modi qualificatum resertur, *venefictum*. Si neutrum harum specierum existit, *homicidium dicitur simplex.*

#### S H O L I O N,

\*) Homicidia ab eiusmodi personis commissa, quae plane non gaudent facultatese praeuiia consultatione per intellectum et rationem facta sponte ad aliquid determinandi, haud sunt legum poenialium obiecta. Latae enim haec censentur modo illis, qui antequam agant, bonitatem aut prauitatem actionum sibi distincte repraesentare possunt, et hisce, casu, objiciente, si ab ipsis leges sunt transgressae recte infliguntur mala passionis ob praecedentia mala actionis, ut cum Grotio in iure belli et pacis loquimur. Excluduntur ergo ab obligatione legum bruta, furiosi, nempe quibus perpetuus furor inest, mente capti et melancholici, quorum dolor est in summo gradu, illi qui annos infantiae non sunt egressi et hinc sibi distinctam repraesentationem boni



boni malique formare nequeunt. Porro huc pertinent, qui ebrietatem non quaesuerunt primo delinquendi, sed circa voluntatem in summo ebrietatis gradu constituti fuerunt, sponso sepulti et generati omnes illos a legibus immines esse censimus, quorum actionibus non competit spontaneitas, contingentia et intelligentia, modo non sint tales, qui sunt in culpa seu causa, quod actionibus nulla moralitas insit, tunc enim recte infliguntur poenae, quatenus actiones antecedentes maleae rationem in se continent consequentis status irrationalis.

## S C H O L I O N.

\*\*) Homicidium in specie sic dictum dolosum in deliberatum et non deliberatum distinguit CAROLVS V. in C. C. C. art. 137. Ein ieder Moerder vnd Todtschlaeger, wo er deshalb nicht rechtmaessige Entschuldigung anführen kan, hat das Leben verwürket. Aber nach Gewohnheit eilicher Gegenden werden die fürsetzlichen Moerder vnd Todtschlaeger einander gleich mit dem Rade gerichtet, darin soll Vnterschied gehalten werden. Vnd also, dasz der Gewohnheit nach ein fürsätzlicher muthwilliger Moerder mit dem Rade, vnd ein anderer, der einen Todtschlag aus Iacheit vnd Zorn gethan, vnd sonst auch gemeldte Entschuldigung nicht hat, mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestraft werden soll. Quamvis haec verba legis iudiciorum sint disposita, vt luculentius quid saneri non potuisse, nihilo tamen minus CARPZOVIVS in Pr. crim. Qu. 990. n. 3. et Qu. 7. n. 28. venditare audet, allegatum articulum modo de homicidiis animo lueri faciendi commissis esse intelligendum, et si poenam rotae modo adplicationem habere in homicidiis in specie qualificatis dictis, hinc illum, qui innocentissimum hominem, a quo nemo vnuquam offendus fuit, per insidias, sine tamen lucri cupidine, interfecit, non grauius quam gladio puniendum esse. Quid quod iureconsulti, incepta misericordia duci, statuerunt; vt ad poenam rotae in homicidio insi-



dioso præter spem lucri etiam obſectionem viae publicae aut ſalem ut  
mors occisi in propria domo illata fit, requirant. vid. KRESS in  
Comment. ad C. C. C. art. 137. §. 2: BEYER ad eundem artic. Pos.  
16. BERGER in Eleciis Jurisprudentiae criminalis pag. 98. Sed ad-  
uersa est eiusmodi interpretatio ipsiflum verbis legum et menti Impe-  
ratoris. Maxime hinc fundata est eorum ſententia, qui verba ex-  
preſſa Conſtitutionis criminalis Carolinae ſequuntur, et praxin auto-  
ritate CARPOVII introductam reprobant. Huius arguēta ſolidi-  
dissime deſtruxit HEIMBURG in programmi, de taedio vitae poenam  
homicidii non mitigante, ad diſ. Consultissimi WIEDEBVRGI de  
iuramento minorationis Iēnae 1757. Addatur LEYSER in meditatio-  
nibus ad Digeſta ſpec. 606, med. I.

## §. 2.

Ex hōlo praecedenti iam apparet, non omnia homicidia  
poenis vindicari. Dantur etiam talia, quae legibus permitta et  
impunita ſunt et manent. Huc pertinent homicidia casualia, ea,  
quae in ſumma et iuſliffima committuntur ira, ſeu quae ſunt in  
ſtatu affectuum ſummo omnem moralitatē plane excludente a ſub-  
iecto quod maximum affectuum gradum non quaeruit animo de-  
linquendi, ſed citra voluntatem in eum conſtitutus ſunt. Porro  
huc referuntur homicidia neceſſaria. Primo igitur homicidia ca-  
ſualia a poenis libera manent. Ut autem homicidium vere caſuale  
fit, requiritur, ut quis in re licita, licito loco, licito tempore  
licitoque modo aliquem necet per art. 146. C. C. C. veluti si ton-  
for in loco licito tondens pilo a ludentibus vehementius in eius  
manus percuffa, eius qui radebat jugulum nouacula praecidat,  
l. II. pr. et l. 31. ff. ad L. Aquiliam, aut chirurgus qui venam  
aliqui



alicui secans tempore quo accedit foemina quam a sanguinis effusione abhorrire nescit huius vel morti vel abortui caussam dedit. vid. ENGA V cit. l. Lib. I. Tit. 26. §. 333. Aut si putator ramum arbore deiiciendo praetereuntem, vbi nullum iter est, etiam sine clamore interemit, aut prope viam si clamauerit, §. 5. Inst. eod. Item, si auriga rheda mercibus onerata casu cuersa hominem occidat, cuius rhedam equos et merces Magistratus loci sibi iure designare non poterit per art. 218. C. C. C. Aut miles in campo Martio iaculationibus atque militaribus exercitationibus destinato iaculis ludens palam iaciens, dum telum emittit, bombardam ad metani exonerat, transfeunte mae laeferit, traiicerit: vel si nondum collimasset telum iuina manu fugerit atque hominem occidit, quia improviso casu factum est, nulla horum intelligitur culpa per art. 146. C. C. C. Pulsator campanae quoque, ex qua quod cecidit tintinnabulum, transfeunte occidens, ut homicida casualis consideratur, vid. ENGA V cit. l. n. c.

§. 3.

Vacant itaque homicidia casu commissa omni poena. Attendantur autem requisita in spho praecedenti exposita. Hinc non sufficit in re licita versanter, aliquem loco et tempore illico occidisse, sed necessario requiritur haec requisita quod nempe quis in re licita, loco, modo et tempore lictio versatus sit, simul extitisse. Deficiente uno vel altero horum requisitorum manet culpa, quae pro gradu negligentiae poena vindicatur, veluti si tonsor in via publica aut vbi homines ex consuetudine tonderi non solent quem

A 3.

radat,



radat , aut miles sagittarius , sclopetarius siue bombardarius in alio loco , quam qui ad exercendum destinatus est et quo vulgo iter fit , ciaculatus fuerit . Aut si imprudentius arcum tormentumque in loco ipso destinato traclarit . Si quis ab eo tonsore vel milite occidatur , quod in culpa sunt , puniri possunt . Quo tamen casu non ordinaria , sed extraordinaria poena legis Aquiliae , aut alia minori pro arbitrio iudicantis reus est puniendus . Iudices autem plus attendere debere misericordiae , quam severitatis inbet . Imperator art . 146. C. C. Notetur etiam , hic tantummodo sermonem esse de culpa lata . Quod enim poena criminalis ob homicidium culpa commissum locum habeat , non de leui et lenissima intelligitur culpa , nam haec etiam quoad extraordinariam poenam praeferit criminalem tanquam casus-veniam meretur , 1. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicariis .

## §. 4.

Referuntur porro ad homicidia legibus permissa ea' , quae a personis in statu affectuum summo citra voluntatem constitutis committuntur . Ad hanc classem merito referimus facultatem marito concessam , vxorem in flagranti adulterio deprehensam occidendi , item , quod pater a poena sit immunis , qui filiam adulterantem una cum moecho in ipso actu deprehensam certis sub limitationibus interfecit . L. 20. 21. 22. §. 2. 4. l. 23. pr. l. 24. pr. §. 1. ff. ad L. Iul. de adulter. Nov. 117. c. 15. Multa quidem disponit ius Romanum de vindicta hac priuata ; quae moribus nostris corrunt . Sic enim illud praeter deprehensionem in adulterio exigit ,

vt



7

vt pater simul filiam occidat, vt marito vindicta permittatur, si vilissimae conditionis hominem vel honestiorem tribus contestationibus monitum et non nisi domi sua occiderit, sed tamen ad impunitatem huius vindictae deprehensio in ipso actu necessaria sit, alias vero poena obtineat extraordinaria. l. i. ff. ad L. Cornel. de Sicariis L. 4. C. ad L. Iul. de adult. Multi Doctorum licet limitationes reprobent, quae Ius Romanum de vindicta cantat priuata; tamen caudem mariti vel patris intuitu vxoris vel filiae adulterantis omnibus sub circumstantiis licitam habent, modo occisio in continentia fiat, nullo modo autem fundamentum huius vindictae, nempe instam maximamque iram agnoscunt, vxorique idem iuris quod marito vindicant, negare audent vid. LEYSER spec. 578. med. 1.

2. 3. 9. Absonta autem eiusmodi est opinio quod priuato alicui licet exercere iurisdictionem et patri aut marito simpliciter permisum sit, absque causae cognitione sufficienti, iniurias ipsis illatas sanguine delinquentis polluere. Non concipitur talis abusus patriae aut maritalis potestatis cum haec in Germania tantopere sit restricta. vid. SCHAVMBVRG in diff. de praediicio principum Imperii ex usu iuris occidendi adulterium priuatis in Germania perperam adserit, Rintel. 1725. Verum quidem est legibus Romanis de vindicta priuata disponentibus nouioribus non esse derogatum. Cum autem quaelibet lex ita sit intelligenda, ut analogiae Iuris haud sit disconueniens, idem quoque hoc loco dicendum erit. Dum ergo leges inquisitionem reorum summa cum cautione formare inebent, porro defensionem etiam in atrocissimis, manifestis et summa cum malitia commissis delictis requirunt, haud fo-

ret



ret conceptibile, cur ab hoc rigore intuitu delictorum respectu vindictae priuatae quibusdam personis licitae recederent, potius statuendum, quod intuitu omnium delictorum valet, etiam intuitu carnis criminum valere debeat et hemini licitum esse priuatam exercere vindictam. Haud ergo eximuntur patres et mariti, filias vel vxores in flagranti carnis delicto deprehensas occidentes ab inquisitione et criminali processu. Instituantur potius ille, cum delictum est commissum, quod nisi concurrant causae poenam mitigantes in thesi vere criminale manet, cuiusque autor, nisi sint singulares circumstantiae poenam ordinariam mitigantes, mortis poena plectendus erit. Cessabit autem haec poena, si reus exceptionem iustae atque summae irae allegabit. Notum enim est, nullam poenam inuenire locum respectu illorum, qui ex iusta causa ad summam iram induci, siveque mentis vsu priuati deliquerunt, vid. ENGA V cit. l. Lib. I. Tit. 3. §. 37. Tuac itaque caedes patri coniugibus et vinculo necessitudinis iunctis personis, qua coniunctissimos sibi, aut in flagranti delicto deprehensorum, occidunt, erit licita, si ira fuit insta et in summo gradu, plenaque mentis abalienatio adfuit. Deficiente uno vel altero requisito manet culpa, quae pro arbitrio iudicis poena vindicanda est extraordinaria, quae autem ad ordinariam extendi potest, si quis pleno ganis fuisse libertatis usu vel statum affectuum animo eo melius delinquendi quaequierit, vxorem vel filiam in flagranti adulterio deprehensorum perforare, vel post delictum iam plene consummatum, vindictam demum exercenter maritus. Quoad passum vindictae priuatae enim art. 142. C. C. C. potius ex principiis domesticis et moralibus



9

ralibus quam juris peregrini interpretatio sumenda est. Iustus atque summus dolor manet igitur vnicum fundamentum immunitatis poenae , quae ratio , dum etiam in uxorem quadrat , quoque respectu eius idem iuris erit statuendum quod est in marito concurrentibus circumstantiis . vid. PEREZ in Cod. ad L. Iul. de adulteriis n. 23. ZIEGLER ad Grotium Lib. 2. cap. 1. §. 7. LEYSER vel potius eius Respondens Albertus RIPERVIS in dissert. de iniuria in homicidas indulgentia. Viteb. 1715. HEINECCIVS in Elementis Iuris Germanici Tom. II. Lib. 2. Tit. 24. §. 203. BEYER ad Pandectas Tit. de adulteriis Pos. 19. BOEHMNER in Elementis iu-  
risprudentiae criminalis P. 2. §. 283. KOCH l. cit. §. 320. MEISTER loco cit. Sect. 2. P. 2. cap. 24. §. 14.

§. 5.

Praeter homicidia casualia et ea quae in statu affectuum summo non causato commissa eodem iure impunitatis gaudent homicidia necessaria , id est , talia quibus vitam , membra , honorem , pudicitiam , bona et familiam contra aggressus defendimus , qui alio leniori modo , quam morte aggressoris propulsari nequeunt. Actus , sine quo eiusmodi periculum propulsari nequit , defensio-  
nis necessariae , seu moderaminis inculpatae tutelae nomine venit. vid. ENGAV cit. l. P. 1. §. 335. MEISTER cit. l. cap. IX. §. 2. Mode-  
ramen inculpatae tutelae obseruatis illis requisitis quae Leges re-  
quirunt liberat ab omni poena , non autem excessus \*) vid. art. 140.  
C. C. C. So einer iemand mit einen tödlichen Waffen oder  
Wehr überläuft , ansicht . oder schlaegt , und der benötigte kan

B

füglich



füglich ohne Fährlichkeit oder Verletzung seines Leibes, Lebens, Ehr vnd guten Leumuths nicht entweichen, der mag sein Leib vnd Leben ohne alle Straffe durch eine rechte Gegenwehr retten. Rechte tamē vt exerceatur defensio necessaria leges requirunt ut 1) *quis improuiso et intuito ab alio sit aggressus.* 2) *inde praesens grauis-*  
*simu[m] danūm metuendum sit.* 3) *id autem alia lectori honestaque rā-*  
*tione, quam morte ad aggressoris cuitari nequeat.* vid. art. 139. 140. 142.  
150. C. C. C.

### S C H Q L I O N.

\* Excessus defensionis necessariae varia accepit nomina pro diversitate gradus. Sic vocatur *moderamen inculpatae tutelae*, si in defensione omnia requisita legibus praescripta legitime sunt obseruata. Si autem excessus limitum sed in minori gradu in defensione adhibita deprehenditur; *moderamen* dicitur *tutelae*, si autem excessus summus in defensione necessaria est, *moderamen deculpatae tutelae* appellatur, vid. ENGAV cit. I. §. 335. Schol. 2. Omnis excessus moderaminis inculpatae tutelae quo homo occiditur culpa est, pro diversitate circumstan[ti]arum, modo lata, modo leuis, modo leuissima atque aliquando ultimum supplicium merentur vid. art. 142; C. C. C. vt si fur deprehensus, vt vitam libertatem tueatur deprehendentem obruncat vid. LEYSER spec. 602, med. 42. Schol. Defendit quidem indistincte Dr. de LEYSER furem qui resistentem occidit, non provocare posse ad defensionem necessariam quin potius ultimo supplicio cum adici punit. Sed pro hac distinctione fur resistentem occilens, mili tandem mortis poena dignus videtur. Fur enim vel arma secum adportavit, aut initio, aut medio crimine armis in domo laeti repertis se instruxit seu iam, antequam furtum committeret animum resistentem occidendi habuit, aut postiam consummatum furtum, arma in domo laeti conquisiuit, iisque semet ad repellendum cum qui ipsi moras iniecturus sit audioso nimirum. In priori

Priori casu lubens LEYSER o concedo, siarem exceptionis defensionis necessariae in congrue facere, non autem in posteriori. Dubium enim manet an nullo casu sibi competat defensio necessaria et num post delictum sicut iam plene consummatum, non aequi iure defensionis necessariae communi gaudeat, saltem quoad liberationem a poena homicidii ordinaria.

S C H O L I O N .

\*\*) Nulla differentia personarum intuitu defensionis necessariae attenditur, potius quilibet gaudet exceptione moderamini inculpatae tutelae obseruatim limitibusque leges requirunt, quorundam et pignorantes referunt BERGER in Electis Iurisprudentiae Criminal. P. I. Obseru. 29. Vbi autem exceptio inculpatae tutelae non facile defenditur, si reus occiso fuit robustior, quippe quod non verosimile sit periculum ei ab occiso impendisse. Ita quoque si mulier a viro sit occisa, non praesumuntur inculpata tutela, nisi a viro legitimae defensionis causa se factum compilisse probetur: quae probatio ex qualitate viri et mulieris destinata potest, ut nimurum attendatur, quibus armis usus sit illa, quibus hic qui pugnae auctor fuerit, et quae vulnera inflixa. Licet enim improbabilius, virum ad sui defensionem a milite cogi posse dicatur et creditur quippe quod pro viro militer praesumptio fortitudinis et pro feminam imbecillitatis. Fieri tamen posse non negatur, ut virago eunapiam natura ferocius et armis manibus gerens, mollem, maculosum et effeminatum virum verbis provocet, et ita virum sine viribus sine armis ad defensionem cogere possit. Idem autem suas exceptioni concilisbit, si feminam arma frinxisse aliquique necem intentasse, telum se minus noxiuum habuisse offenderit. vid. art. 144. C. C. et TIRAQVELL de mitigandis poenis caus. 9.

Antequam ad requista necessaria moderamini inculpatae tutelae progredimur opus esse arbitrator aliquid interpretatione definiti



tioni datae subuenire. Quaeritur hinc primo an quodlibet periculum imminens sufficiat ad exercendam defensionem necessariam, quod merito negamus et requirimus, quod insultatus debeat expectare insultum et aliquem actum ab insultante, veluti, si quis telo lethali, ferro, lapide fuit insultatus seu iniurias; vid. **FARINACIVS** Pr. crim. P. IV. Tit. 14. qu. 125. n. 58. Solae minnae verbales non sufficiunt nec reales leniores, quorundam et depalmentationem refert **DAMHOVDER** in Pr. crim. cap. 79. n. 1. **TILESIVS** de homicidiis ob alapam. Alapae enim possunt retorqueri non tamen gladio nisi fama ab iis alter defendi nequit et sic explicanda Germanorum Paroemia: *Auf einer Mauschelle gehört ein Dolch* vid. **HERT**. Lib. I. paroem. 100. Aequalitas armorum non desideratur, omnino tamquam instrumentum nisi lethiferum, tamen admodum nocitum, vid. **CLASEN** ad art. 140. C. C. C. nec primum ictum insultatus expectare tenetur. Ratio: quia melius est in tempore venire, quam post vulneratam causam remedium quaerere, vid. art. 140. C. C. in fine: ist auch mit seiner Gegenwehr, bis er geschlagen wird zu warten nicht schuldig, unangesehen es den geschriebenen Gesetzen vnd Gewohnheiten entgegen waere. Periculum imminens autem adesse debet graue, quod vitae, membris vel sanitati irreparabile damnum minatur.

§. 7.

Diximus in spho praecedenti irreparabile damnum quod vi-  
tae membris et sanitati imminet, esse fundamentum defensionis  
necessariae, iam quaeritur, vtrum ad eiusmodi damnum etiam  
**bona nostra** trahere possimus. Quaestio omnino decidenda erit ad  
fir-



firmatue. Constituant bona nostra felicitatem' externam ad quam conseruandam obligati sumus. Si ergo nullo leniori modo , quam morte inuasoris possessionem bonorum retinere possumus , quoque haec defensio omni iure erit licita. vid. art. 150. C. C. Probe autem attendantur circumstantiae sub quibus defensio bonorum pro licita erit habenda. Distinguatur ante omnia inter bona immobilia et mobilia. Illo in casu , si quis ex possessione immobilium eiceretur , hand ipsi competit ius morte adgreforis conseruare possessionem. Non enim talis electio continet grauissimum damnum , cum eius ope Iudicis facile possessionem possit recuperare et tanquam spoliatus ante omnia sit restituendus. Sunt enim remedia possessoria ad recuperandas res immobiles in promptu , ut dampnum spolio datum tale fere esse desinat. vid. LEYSER. spec. 600. med. 27. in fine. GOEHMER cit. I. Sect. 2. cap. 16. §. 207. Schol. Cum ergo alio leniori modo possunt euitari adgrefsus iniusti , defensio autem necessaria tunc modo concipiatur , si ultimum resugium pro adgrosso est ad se in statum plenariae securitatis constituendum (vid. §plus 4.) saltem excessus moderaminis inculpatae tutelae locum habet , qui pro diuersitate gradus , culpae et affectuum maiori , minori aut nulla poena erit plectendus. Intuitu bonorum mobilium arridet distinctio ; vel amissione eorum quis in summa constituitur infelicitate , vel non. Priori in casu recte ille defensionem necessariam exercere videtur mihi , non autem in posteriori. Multa quidem hac de re cantant Leges Romanae. Fouent illae iam ex introductione LL. XII. tabularum principium maxime iniustum , furem nocturnum impune occidi

posse nulla habita ratione, an se telo defendat, nonnulli an capitura et oblatio eius Magistrati sit possibilis, an minus, surdiurnus autem tunc impune interficitor, si se telo defendit. vid. l. 1. C. vide vi. GELLIVS in noctibus Atticis Lib. 2. cap. 18. Compilatoribus constitutionis Carolinae criminalis, quibus competit indulgentiam decemviorum et non usum Legum XII. tabularum contraria legi fanciri potius in art. 150. C. C. absque addita limitatione defensionem necessariam intuitu bonorum simpliquierunt, quaecum congruit dispositio Iuris Canonici cap. 3. X de homicid. volunt. vel casuali. Quum autem in explicacione legum semper leges parallelas sint attendae et constitutio criminalis absque determinatione loquens semper ita accipienda, ut iuri compagini eo minus derogetur. Sic quoque quoad Iure passum ad Ius Iustinianae erit recedendum. Iustinianus enim non simpliicerit leges XII. tabularum in leges suas recepit, sed tres potissimum addidit distinctiones. Voluit enim, ut tunc demum sumere vel in quaforem nocturnum interficere licet impune, si 1) cum apprehendere et Magistrati sistere nequeamus, l. 5. pr. ff. ad l. Aquil. 2) si parcere ei sine periculo vitae rerumque nostrarum non possumus vid. l. 9. ad L. Cornel. de Sicariis. Si 3) hoc ipsum clamore testificati sumus nemoque suppeditas tulerit l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquiliam. Nihil potest hisce limitationibus acquisitus esse, nihil diuino iuri conuenientius. Sunt tamen nihilosecius, qui ab iis recedunt et legem XII. tabularum in usum reducant. vid. HUBERVS in Eunomia Romana pag. 405. Sed analogiae iuris et sagae rationi maxime contrarium, monstrum legum XII. tabularum defenser student, vid. LEYSER spec. 600. med. 27. §. 8.



## §. 8.

Ad defensionem igitur necessariam legibus conuenienter confugimus ob maximum periculum vitae , membris , et bonis nostris , imminentis . Oritur autem quaestio num ea etiam sit permissa intuitu aliorum , qui nobis vinculo necessitudinis iuncti sunt , et ad avertenda mala non nobis sed aliis minitantia . Non quidem haec facultas legibus expresse est concessa , recte autem monet LEYSER cit . Spec . med . 3 . definitionem Constitutionis Carolinae mancari esse ac mutilari et supplemento opus habere . Hinc putat omnia , quae de defensione sui dicuntur ex recta ratione et iuris analogia , etiam ad defensionem familie , quae una quasi cum patre familias persona est pertinere . Quod imprimis in uxorem quadrat , quam defendia marito aequum esse ait RUSTINIANVS §.

2. Inst . de iniuriis . Idem erit dicendum de defensione liberorum , ad quorum defensionem natura ipsa parentes sic obligati , ut bruta quoque animalia ad id officium instiget tantis stimulis , ut haec sepe proprii periculi oblita ad liberationem sibolis suae , in praesentem mortem ruant . Defensio porro iusta est intuitu fratri , quia vox familie propter fauorem defensionis etiam ad illos extenditur qui aliquali modo vinculo necessitudinis nobiscum iuncti sunt , quod etiam permissum art . 150 . verbis : Zur Rettung eines andern Leben , Leib oder Guth . vid . etiam LEYSER spec . 600 . med . 3 . 6 . 10 .

Quod defensio intuitu eiusmodi personarum recte exerceatur quae nobis vinculo necessitudinis iunctae sunt , omni caret dubio .

Incudit



Incidit autem alia quaestio, an quoque socio permisum sit, alterum socium a laesioribus ipsi illatis atque adhuc metuendis etiam cum internecione aggressoris liberare. Plurimi Doctorum pro diversa ratione, an societas fuit licita atque honesta, an inhonesta, adfirmatiuam et negatiuam sententiam tuerentur, quibus quoque assentit celeberr. Dn. de LEYSER spec. 600, med. 13. Non autem haec distinctio locum habere mihi videtur nisi quoque socii in illicita societate versantes solum circa negotium illicitum occupati fuerunt. Vtrumque respici debet et societas illicita et negotium illicitum si iure sit socio moderaminis inculpatae tutelae exercitium respectu socii denegandum. Existente ergo negotio licto, nulla habita ratione societatis illicitae, recte defenditur socius. Ponamus e. gr. societati, quae absque animo alicui nocendi ebrietatem quaesuisset, vim in reditu inferri, sic ut cogeretur contra laesiones iusta defensione vti. Omnino tunc etiam iustam exercet defensionem quilibet socius obseruatis moderaminis inculpatae tutelae limitibus ad liberandum alterum socium. Incidit adhuc alia quaestio, an socio iam in securitate plenaria constituto, competit ius redditum exercendi ad liberandum alterum, cui periculum graue intuitu vitae vel membrorum imminet. Multi sane Doctorum defendant, moderationem inculpatae tutelae ad receptum quidem durare reuerso autem prodesse non posse vid. LEYSER sp. 600, med. 1. Potissimum illi fundamentum suae opinionis in art. 148. C. C. C. ponunt vbi sancitum: So aber etliche Personen in einen Schlagen oder Gefecht bey einander waeren, einander helfen vnd also jemand ohne genugahme Vhrsache erschlagen wird. So man als- denn



17

denn den rechten Thaeter weif, von des Hand die Entleibung  
geschehen, der soll als ein Todtschlaeger mit dem Schwert vom  
Leben zum Todt gefstrafet werden. Sed articulus non supponere  
videtur socios reuertentes, sed potius homines inter quos conten-  
tiones graues ortae sunt. Praeterea disponit art. 150. C. C. indi-  
stincte, quod defensio pro alterius vita, membris atque bonis li-  
cita sit dictaque distinctionis nullam mentionem facit: So einer  
zur Rettung eines andern Leib, Leben oder Guth iemand erschlaegt,  
so ist dies auch eine gemeine Entschuldigung. Cum ergo lege  
non distinguente nec nostrum sit distinguere, potius statuendum  
erit, solum, qui absque ingratitudinis vitio alterum deferere  
non potuerat eumque a laesionibus grauioribus morte ad gressoris  
liberat, ab omni poena esse immunem, modo obseruarit omnia  
defensionis necessariae requisita. LEYS FRVS quidem loco cit. ali-  
qualem poenam ob excessum locum habere defendit, cui quoque  
eo casu adslipulandum esse arbitror, si alter socius rixae pugnae-  
que auctor adeoque non adgressus fuit, licet tamen non negan-  
dum, quod ei ob summam iustitiae iram sit ignoscendum, qui  
solum in maximo vitae periculo deprehensum morte laudentis de-  
fendit, quem alio leniori modo a periculo imminentे liberare  
non potuerat.

#### S C H O L I O N.

\* Quæ de defensione necessaria familie liberorum vinculo necessitudi-  
nis tunctorum sociorumque valent, ea etiam obtinent intuitu cuiuscum-  
que tertii innocentis nobis nec sanguine nec foedero iuncti. Natura  
enim nos obligat. vt quantum possimus, conseruemus aliorum vitam  
bona, existimationem et huic naturali obligationi legibus non est dero-  
gatum,

C

gatum,



gatum, quin ea potius magis confirmata est. vid. art. 150, C. C<sub>2</sub>. C. et  
LEYSERVS spec. 600, med. 14.

§. 10.

Iam ea quae ad definitionem moderaminis inculpatae tutelae spectant, mittamus, et potius consideremus ea, quae sunt requisita legalia defensionis necessariae. Huc primo pertinet aliquem improviso et iniuste ab alio esse adgressum seu, vbi datur offensio iniusta, iniusta erit defensio. ENGAVIVS loc. cit. §. 337. ex hoc axiomatice eruere studet, neminem vim inferre posse alii, quam a quo offensus est. Caveat autem sibi iudex ne imputet excessus defensionis illi, qui absque sua culpa in summo furore erat constitutus. Ponamus e. gr. vitae alicuius magnum luminare periculum a latronibus vel assassinis cumque dum acriter se contra insultus defendit in furore defendendi aliquem e licitoribus occideret, qui ad ipsum a malevolis liberandum accesserat: ENGAVIVS porro cit. loc. recte quidem putat, hanc posse vim inferri aggressori ab offensione plane desidenti et ad actus extraneos connuolanti. Caveat autem sibi adgressus, ut quamlibet fugam habeat pro en, attendat potius, an fuga etiam sit simulata et num facta, ut adgressus positionem suam aggressori noxiari amittat. Hoc casu maneat in statu defensionis eo loco, quem tenebat dum se contra insultus defendebat, non autem persequatur aggressorem vel existat furem eius, quem ad extraneos actus connuolare vidit.

§. II.

Omni quidem vacat dubio iusquam defensionem locum habere, vbi iniusta est offensio. Sed quaeritur an nullo modo defensio exercetur

errectetur iusta? seu, an criminis homicidii accusentur, qui cae-  
 dem faciunt, dum a violenta defensione eius, quem ipsi ad sum-  
 mam iram prouocarunt, se defendunt, et quaestio recte adffirma-  
 tive deciditur. vid. T Y NCKER in decisionibus Dec. 1056. BLVML  
 ad art. 140. n. 2. BERLICH Concl. Pract. Crim. P. IV. C. 17. n.  
 7. CARPZOV Pr. crim. quaest. 29. n. 42. ENGAV loc. cit. §. 338.  
 n. 3. Versantur enim tales in re illicita et sponte cum animo lae-  
 dendii confitum accesserunt. Habuerunt inde saltem animum oc-  
 cidiendi indirectum ad dictandam poenam ordinariam sufficientem,  
 vid. Illustr. Dn. DAN. NETTELBLADT in Dissert. de homicidio ex  
 intentione indirecta commisso et ENGAV cit. loc. §. 342. Quae  
 iam auctore rixae dicta, intelligenda sunt de eo, qui modo  
 fuit auctor rixae non autem pugnae auctor. vid. LEYSER spec.  
 660. med. 19. ibique allegati Doctores. Monet celeberrimus au-  
 tor non temere verba in principio articuli Carolini obvia: über-  
 läuft, anficht oder schlaegt distincta esse. Supponit scilicet vim  
 ei, qui inculpatam tutelam obtendit, illatam. Id vero triplici ra-  
 tione contingere potest. Primum, si caecus alterum ex impro-  
 uiso adortus est; überläuft, deinde, si caecus non ex improuiso  
 sed in rixa quam antea ipse excitauit, telum contra alterum strin-  
 xit adeoque auctor rixae et pugnae fuit; anficht, postremo si  
 caecus ante lacesitus circa necessitatem alterum a quo offensus fuit  
 telo abrepto in vitae discriben abducit; schlaeget. Constatre hinc  
 putat LEYSERVS, auctorem rixae aliquando moderationem in-  
 culpatae tutelae allegare posse. vid. BRUNNEMANN ad L. 4. ad  
 Legem Aquiliam. Sed tamen quoad interpretationem verbi:  
 C 2 Schlae-



Schlaeget, LEYSERV<sup>s</sup> a vero aberrare ac falso concludere videatur, a se ipso intuitu huius conclusionis, scilicet; quod autorixae ad moderamen inculpatae tutelae provocare queat, dissentit in Dissert. de tutela culpabili, habit. Viteb. 1748. et haec sententia fundata magis iurisque analogiae conuenientior esse videtur. Supponit enim art. 140. C. C. C. adgressum seu inuasum s; qui nullo modo conflictui ansam dedit, non tamen negandum erit, pro distinctione LEYSERT in tali casu, iustam a poena ordinaria obtinere mitigandi causam.

#### COROLL.

Quibus ex principiis apparere puto nec adulterum qui maritum vel patrem resistenter necat, nec furem, qui laesum interemit, nec illum, qui ministros publicos ad se capiendum missos occidit, ab homini poena immunes esse, quin potius poenam ordinariam pro concurrentibus circumstantiis locum habere posse legibus conuenienter statuam. Veli si fur iam ante furandi actum, habuit animum occidendi et ad portauit arma ad resistenter occidendum. Versatur enim in re illicta, ad quam semet sponte cum animo laendeli determinauit. Aliud quidem dicendum videtur de fure post furtum commissum arma in domo laesi conquerenti. (vid. §phus IV. in Schol.). Respectu adulterii vel ministros publicos occidentis, tamen aliquali modo erit confiderandum, an vitae priuatio plane ineuitabilis fuerit et delinquens ob summum furem adhuc usum rationis habuerit, vel potius in plenaria mentis abalienatione homicidium commiserit.

#### §. 12.

Defensio tunc modo erit iusta, si ab offensione iniusta maximum damnum metuendum erit. Quando autem maximum damnum



nūm adesse praefumatur, partim ex supra adductis, partim ex iis,  
quae sp̄ho V. dicta sunt, apparet. Hoc loco nobis adhuc erit in-  
vestigandum, an etiam defensio pudicitiae morte adḡressoris ne-  
cessaria dici queat defensio. Reclē autem affirmatiue deciditur  
quaestio. Per clara enim verba art. 140. et 142. C. C. C. fancitum le-  
gimus, quod propter defensionem honoris omnino confugere li-  
ceat ad moderamen inculpatae tutelae. Vis autem hoc in casu o-  
mnino erit probanda vid. art. 119. C. C. C. Haec autem hoc in  
delicto, non modo coactionem *in se*, sed etiam *in causa* denotat.  
Illa consistit in impetu, cui persona innocens nullo modo resistere  
potuit et quae plane extra defensionis statum posuit eam; haec au-  
tem in minis seti realibus seu verbalibus, ex quibus priculum vi-  
tae, membrorum vel existimationis non aliter atque concubitu di-  
spellendum oritur, vid. MEISTER Sect. 2, P. 2. C. 23. §. 4. Vtro-  
que casu mulieri \*\*) permisum, cum vita famaque pari passu am-  
bulent, vt morte adḡressoris pudicitiam contra vim et insultus ad-  
gressoris defendat, modo fuerit haec violenta defensio unicum  
remedium et nullo leniori modo euitari queat priculum honori  
imminens.

## S H O L I O N.

\*\*) Sunt quidem qui contrarium statuunt, putantque, amissionem pudiciiae esse malum minus, vitam hominis autem esse malum maius; hinc iure exerceri haud posse moderamen inculpatae tutelae. vid. SI-  
BRAND in dissert. an stupratorem violentum illaesa conscientia occi-  
dere liceat? Rostoch. 1709. WVNDERLICH in dissert. an honestae  
feminac ad tuendam pudicitiam violentum interficere liceat stuprato-  
rem Viteb. 1714. Pertinet autem honor etiam ad to nostrum et con-



stum nostram felicitatem eternam. Qui eam turbat nos laedit nobisque dat iustam causam belli. Externe igitur etiam hoc casu possumus cogere ad gressorem, ut abstineat tam a laesionibus illatis quam adhuc inferendis et omnia media adhibere possumus sufficientia, ad nosmet in statum plenariae securitatis constitutendos. Quae iam dicta sunt valent solummodo de persona honesta, non de merestrice, seu de ea, quae plurium paret libidini. Talis enim persona per principia nullo gaudet honore. Cum autem nulla laetio absque turbatione ~~re~~ sui concipiatur, quoque defensio cessabit. Si ergo meretrix defensio *necessaria* viceretur ad se contra violentum stupratorum tuendum, ei propter excessum defensionis recte infligeretur poena. Quam poenam tamen in ea cessare arbitror, quae ad bonos mores reuersa est, haec dum personis honestis equiparatur, vid. ENGA V Lib. I. Tit. XII. §. 164, eodem quoque favore defensionis respectu pudiicitiae gaudet.

#### S C H O L I O N.

\*\*) Diximus feminas honeste viuenti licere defensionem necessariam. Iam queritur, utrum etiam detur masculis ad se hoc modo contra insultus feminae defendendum. Quod autem eiusmodi casus possibilis sit exemplis probant KRESS in Comment. ad C. C. art. 119. §. 9. BEYER in positionibus ad ss. Lib. 48. Tit. 5. pos. 33. Merito autem eadem principia, quae sunt intuitu seminarum, locum habere posse negamus. Amisso pudicitiae seu delictum carnis saltet corruptis moribus, intuitu masculorum non ut grauiissimum consideratur damnum, quod tamen necessarium moderamini inculpatae tutelae requisitum est, vid. §phus IV. et praecedens.

#### §. 13.

Haud licet moderamen inculpatae tutelae exercere, si alia commissiori honestaque ratione euitari queat periculum inimicentis. Intersecio itaque durante adhuc periculo fieri et levius remedium quod honestum nec fallax est desicere debet, vid. KOCH cit. loco Lib.



Lib. 2. cap. 28. §: 450. Hic ex principiis facile diuidicari potest quid de fuga sit sentiendum. Aut enim periculum fuga evitari potest vel non. Si hoc nullus etiamsi talis sit qui cum honore fugae se dare potuisse, fugere necesse habet. Si prius, distinguendum iterum est inter eos, qui sine graui famae suae damno fuge-re possunt et qui non possunt. Priorēs ad fugam omnino tenentur. vid. LEYSER spec. 600. med. 24. Verba enim art. 140. C. C. C. Ehr und guthen Leumunth pertinent ad reliquias iuris manuarii, quo quis absque turpitudine et famae dispendio per fugam colluctationem declinare vix poterat, sed quilibet honori sibi duebat, si methodo perueris moribus probata arma manusque cum altero conserceret. Et quia ex indeole Germanorum omnia in armis posita erant; vero ad modum simile videtur, eosdem principiis ista in omni colluctatione etiam non praemeditata sancte seruasse. Si enim prouocatus salua fama fugere non potuit, omnium minime id ei integrum fuit, quia ex impronto inuadebatur. Cessant ergo principia quae priscis valebant temporibus, quibus vel plane nulla, vel non satis bene constituta erant iudicia, maiores nostri se suaque armis, bellis et duellis tuebantur et cædes aliaque facinora mutuis caedibus et infesta vi uicisebantur. Hodie vero offensus offensori tunc demum vim inferre potest, ubi vel omni copia Iudicis destituitur vel huius praesidia sine certo periculo expectare nequit. vid. ENGAV loc. cit. §. 339. Schol. Verum enim vero durum et humanitati omni aduersum est, humanas viuimus immolare exstimationi suae, tunc cum eius iactura vel exiguum damnum insert, vel facilis negotio refarciri potest. Leue detrimentum sentiet inferioris conditionis homo, si maxime illi, quod fuga sibi corsuinerit, obiciatur. Intra breve tempus quamæ istac populi, voces plane euanescent, neque ipse propterea aut ordine suo mouebitur, aut e collegio, in quo fuit, efficietur. vid. LEYSER loc. cit. Licit tamen omittitur fuga quamvis etiam ea parari possit securitas, si quis sibi fugiendo sumnum dedecus contraheret et se quasi inutile eius, in qua constitutus est, societas membrum redderet. Sic enim Dux bellicus, aut aliis equestris dignitatis vir in aula Principis degens invadatur illi, certe, et si fugam commode surripere posset, fugere tamen inconsultum foret. Tantum quippe per fugam incurrit opprobrium, ut necesse ipsi futurum esset, illud quod elegit

vitae



vitae genus deferere atque inter infimae fortis homines imponerum latere. Ad hoc autem nulla lex nos obligat, vt cum iacturæ fauac fortunarumque nostrarum, vitam hostis nostri coferuimus. Sie intelligenda sunt verba C. C. C. und der Benötigte könnte füglich ohne Verletzung seiner Ehre vnd guten Leimuth nicht entweichen. Omnia igitur verba legis ad huc hodie auctoritate non destituuntur, valent autem tantummodo respectu eorum hominum, qui certum vitæ supra notatum genus elegerunt. Minus igitur accurate loqui videtur KRESS in Comm. ad Const. Crim. Carol. rem arbitrio iudicis commitens, vt gradum dedecoris et allegati honoris perpendat, nec fundata est eorum opinio, qui cum s TR V V I O Tr. de vindicta priuata Th. 27. honoris et vitæ periculum coniunctum requirunt. Omnes enim sunt ad fugam obligati, qui ea non maximum capiunt detrimenti, modo non sit falsax, sed indubitatum remedium ad se in statum plenariae securitatis contra ad gressus constitucadum, vt supra iam diximus.

Residuum adhuc esset materia de probatione defensionis necessariae, et quo modo exceptio moderaminis inculpatae tutelæ ab allegante probari debet, quorum deductionem autem una cum resolutione variarum quaestiom, quæ intuitu moderaminis inculpatae tutelæ adhuc formari possunt alio commodi tempore referuamus. Liceat tamen ad illud momentum paucis notare. In defensione quæ ab allegante necessaria dicitur vel ad fuerunt testes, vel non. Priori in casu vel offensio iniusta probata est, vel minus. Illo casu praesumitur moderamen inculpatae tutelæ, omnino tamen probatio in contrarium admittitur. Hoc casu contra defensionem necessariam militat praesumtio, quæ pro concurrentibus circumstantiis tortura erit elidenda. Si autem nulli ad fuerunt testes in defensione necessario suscepta dicta ex circumstantiis res erit dijudicanda, scilicet ex qualitate personarum, ex conditione loci, ex armis, ex auctore rixæ. Liceat omnia haec etiam sint pro Inquisito, tamen non a præstatione iuramenti purgatori liberatur, si vero in tantum pro eo præsumtio adesset saltæ territo locum habet. Si vero in totum præsumtio pro occiso et contra delinqentem, absque dubio decernitur tortura. Sed hoc loco nobis liceat subsistere et laboribus nostris impônere.

FINE M.

Rostock diss., 1759-76  
X 228 42 89



